# The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

## Relinquere ak
cum fonte primo et editionibus 1483/5 & 1550

Quid differt utrum quis perturbationem cupiditatis erga opes amplas atque magnificas: an erga uiliores exerceat species: nisi quod in eo reprehensibiliter iudicandus est: quod qui magna spreuerit. minimis obiurgetur? Ideoque perfectionem cordis abrenuntiatio ista non obtinet quia cum censum habeat pauperis: non abiiecit diuitis uoluntatem.

Idem (Cassianus) in collatione Danielis.

*Manipulus florum* (Venetiis, 1493/5), sig.F1v.

quid enim differt utrum quis perturbationem cupiditatis erga opes amplas atque magnificas an erga uiliores exerceat species, nisi quod in eo reprehensibilior iudicandus est, quod qui maxima spreuerit minimis obligetur? ideoque perfectionem cordis abrenuntiatio ista non obtinet, quia cum censum habeat pauperis, non abiecit diuitis uoluntatem.

Iohannes Cassianus, *Conlationes XXIIII.*, 4, 21, 4 (CSEL 13, M. Petschenig ed., p.118, ll.5-10).

Quid differt utrum quis perturbationem cupiditatis erga opes amplas atque magnificas an erga uiliores exerceat species: nisi quod in eo reprehensibilior iudicandus est: quod qui maxima spreuerit in minimis oblungetur? Ideoque perfectionem cordis abrenunciatio ista non obtinet, quia cum censum habeat pauperis: non abiecit diuitis uoluntatem.

Ibidem (Cassianus in collatione 4. Danielis capitulis 20. et 21.).

*Flores omnium fere doctorum* (Venetiis, 1550), fol.446r-v.